

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XXVIII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

si suillo aut humano arboris radices stercore foveantur, & vetere saepius irritantur urina. *Math. l. 1.*  
*Dioſc. c. 127.* Servantur incorrupta anno toto, si cum fere matura fuerint petioli, quibus pendent, incorqueantur in arbore, vel si postquam decerpta fuerint, argilla aqua resoluta, undique oblinantur, ac pluribus insolentur diebus. Immerguntur etiam in ferventem aquam, statim eximuntur, & Soli siccanda per octo exponuntur dies. *Malus Assyria* omnibus hotis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturefcientibus, aliis subnascentibus. Tentavere gentes, inquit *Tlin. l. 12. c. 3.* transferre ad se propter remedii praſtantiam ſilicibus vasis, dato per cavernas radicibus spiramento; qualiter omnia tranſitura longius seri artiſſime transferri que meminiffe conveniet, ut ſemel quaque dicantur; ſed niſi apud Medos & in Perside naſci noluit. *Doldius* ſcripit referente *Libav. de orig. rer.* *Malum Assyrium* cum ſecaretur prægnans alio inventum fuſſe, quod latuerit in eo tanquam matrice ſuo pediculo annatum. Quæſitum de modo generationis; & videtur, fuſſe plura in ſutculo poma anguste locata, & priore tardius crescente ex affluxu præceptuque nutrimenti celerius promovisse ſupra incumbens, quod preſſu ponderis in ſe admisit minus, atque ita ambiit. *Mangueis* arbor est in regione Temiſitan; ex cujus perterebraꝝ caudice, ſuccus profluſt aqueus. Si quis ex eo largius biberit, obſtupeſcentibus ſenſibus ebrietate laborat. Cortex ad ſila percommodus eſt. Lignum ad acus, frondes propellendis morbis & integendis caſis aptiſſimæ. *Majol.* in colloq. de plantis.

## C A P U T XXVIII. DE MOSCHO, MUSCO, & MACANILLO.

*Moschus* in cuiusdam animalis naſcitur umbilico. Duo hujus animalis deſcribantur genera. Vnum capteꝝ ſimile eſt, unico atmatum cornu, prægrandi

gandi corpore. Huic cum in Venerem agitur, furoris vehementia intumeſcit umbilicus; & vomica congeſto cratiore ſanguine turget. Ruelle ex Aetio. Tum & pabulo & potu abſtinet, humiſque crebro volvitur, volutatione ſanguine faculento turgentem umbilicum exprimit. Emiſſa faniſes poſt aliquod tempus, magnaſi ſibi odoris ſuavitatem adſcicit. De altero Scali-  
ger, quod fit in regno Pegu Gazellæ ſimile, album, ex cuius inferiore mandibula æque dentes utrinque ſinguli exertuntur. Sub ejus ventre (refero historiam ex Scaligero Exer. 21.) fit ſanguinis colectio in tumorem. Capta fera eam partem cum corio ſimil abſcindunt. Qua interſecandum gutta ſanguinis effluunt caduntque, ea pro Moſcho optimo aut excipiuntur, aut colliguntur. Vbi ſecuerunt hirudines admovent tot tamque diu, quoad earum ſucta crux universa cum ipla derrubatur vita. Eum ſanguinem exſiccatum aut in pulvrem redactum, prioris illius perpauxilla quantitate, viribus vero efficiamis perſiciunt. Quippe centefimam ſatu eſſe produnt. Adulerationes deprehendent, ſi naſo admoverint. Eli-  
cit ſyncretum admotum ſanguinem. Extat aliud genus Moſchi, quod Zibethum vocant, in teſticularum utri-  
culo cuiuſdam animalis progignitur. Mathiol. ad lib. 1. cap. 20. Et tanquam ſudor inter ejus teſticulos concreſcens, calidæ humidæque facultatis. Id caver-  
nulae Umbilici impositum, vulva strangulationibus prodeſt miſifice. Geranii quædam species Moſchum circa vesperam præſertim & mane redoleat. Villosus Laricis Muſcus, ſi incendatur, tanto flagrat impetu, ut tormentorum pulvrem ſuperate videatur. Mathiol. loc. cit. Quippe Hamma cum ingenti favillatum copia, in obſcuræ noctis silentio, ad astra tolli cernuntur, relictu ſui odoris oblectamento. Recens decer-  
ptus, & rosaceo imbutus oleo, capitis dolores à calore exortos, miſifice mulcet: ſanguinem è vulne-  
ribus manantem compescit impositus. Macanillo ar-  
bor eſt in iſula S. Iohannis de portu Rico, tam no-  
ria, ut ſi quis forte ſub illa obdormifcat, toto corpo-  
re infleſtur. Rotis deſcedentis è ramis gutta ſi cutem  
tan-

tangat, insofar aquæ erodentis excoriat eandem. *Ioan.*  
*de Laet descript. Americae l. 1. cap. 1.* Eadem forte cum  
illa quæ in Canibalum Insulis nascitur. Nam & hujus  
fructu comesto, lingua ita inflatur, ut viginti quatuor  
horarum spacio, omnis illius impeditur usus. In iisdem  
Insulis aqua palustri ante Solis exortum lota  
facies ita intumesces, ut visum impedit. *Idem l. 1.*  
*cap. 18.*

## CAPUT XXIX. DE MANDRAGORA, MALVA & MORO.

**M** *Andragora hypnotica* est. Experientia id testatur. *Lemnius in expl. herb. Biblic. cap. 2.* Cum enim semel atque iterum speciosum ac amabilem ejus fructum, negligentius in Museo collocasset, somnolentia premebatur, redibat alacritas amoto. Idem Lybicus accidit in bello contra Carthaginenses. Vinum enim in doliis corruptit Hamilcar, Lybicusque id prædæ loco cessit. Epotum omnes somno opprescit, viatoriam Carthaginibus tradidit. *Polyan. l. 5.* Αὐδρωμόρροφος à Pythagora dicitur. Radices enim à medio ad imum proveniunt bifurcatæ, adeo ut crura hominum modo, habere videatur. Fructus mali instar superfolia ad terram procumbentia parum à radice distat. *Heidfeld. in Sphinge Philosoph.* Hinc si eo quo fructum genuit effodiatur tempore, hominis cui brachia desunt, repræsentat imaginem. Sunt & factitiæ; ex arundinum mandragoræ, bryoniæ, aliarumque plantatum radicibus. Modum effingendi à quodam impostore proditum, scripsit *Mathiol. l. 4. Diosc. c. 71.* Sculpunt, inquit, in his adhuc virentibus tam virorum, quam mulierum formas infixis hordei, & milii granis iis in locis, ubi pilos exorri volunt: deinde facta scroba, tam diu tenui sambulo obrunt, quo usq; grana illa radices emittant: id quod fiet viginti ad summū dierum spacio. Eruunt eas demum, & ad natas è granis radices acutissimo cultello scindunt, aptant-